



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxix. De clerico per saltum promot.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

sistens excommunicator. Qui olli communicabit eandem pœnam incurrito. In clericis, laicis, fœminis idem obseruator, hæc qui contempserit (si nec episcopus emendare poterit) per secularem potestatem ad requisitionem ecclesiæ exilio damnator.

Si tamen in hoc ingens multitudo peccassit: hi qui causam dederint deponuntur, cæteri temporariè suspenduntur, omnibus pœnitentia discretè indicitor. *4. Latores.*

De clerico non ordinato ministrante. Tit. 28.

SI quis nõ ordinatus baptisauerit, diuinumve quod officium exercuerit: ab ecclesia abiicitor, nunquam ordinator. *1. Si quis.*

Sin tantum diaconus missam celebrare præsumpserit: ad sacerdotiũ ne promouetur, à diaconatu ad tempus suspenditor, in beneficio tamen misericorditer relinquitur, at ei pœnitentia indicitor. Prudentiũs autem si monasterium ingredietur facito. *2. Ex literis.*

De clerico per saltum promotõ.
Tit. 29.

VI ignorans per saltum ex hypodiacono presbyter factus est, cum ob huiusmodi negligentiam pœnituescit, in diaconũ ordinator, & ita in sacerdotio ministrare dispensatiuè permittitor. *1. Tit. 29.*